

QUOD BONVM FELIX FAVSTVM.
QUE SIT

8

SCIOGRAPHIÆ

171

JURIS FEUDALIS 1649, 8

PARS PRIOR

*Feudi Etymologiam, Homonymiam, Definitionem
& divisiones insigniores, nec non juris exinde resultantis
considerationem absolutam & ex parte relatam continens*

Quam

Disputationis Inauguralis loco

SS. Triade clementer facultatem suggerente

Decreto & Autoritate

*Magnifici Nobilissimi ac selectissimi Jctorum ordinis
in inclita Legum nutrice salanâ*

SUB PRESIDIO

VIRI

Nobilissimi Consultissimi Amplissimi ac Excellentissimi

DN. GEORG-ADAMI Scruben

J.U.D. Prof. Publ. famigeratissimi, Consili-

arij Saxonici Curia provincialis & Scabina-
tus Assessoris gravissimi

*Præceptoris, Promotoris ac Patroni sui æternum
devenerandi*

PRO LICENTIA

*Summos in utroq; jure honores & privilegia Doctoralia
ritè consequendi*

publicæ eruditorum censuræ exponit

**JOHANNES LAURENTIVS Gossman/
Hassus**

In Auditorio Jctorum

Die 1. Decembr. horis antemeridianis

39

JENÆ, Typis CASPARI FREYSCHMIDII,
ANNO MDCII.



22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100





IN NOMINE S.S. ET INDIVI-
DVÆ TRINITATIS
AMEN.

Præloquium.

Quemadmodum, ut in communis
vitæ usum res quasdam assumamus, id ea-
rum commoditas urget, & quia utilitatem
afferunt, magnificimus, quæ verò ad nihil
conducunt, contemnimus: Ita in legalistadio, cum &
ea maximopere decurrenda veniant, quorum aliquis est
usus & quæ bono aliquo Republicam beant, Imp. Leo
Nov. 46. Longè autem hodierni nostri nobilissima, &
in strepitu forensi frequentissima, juris portio sit ea, quæ
feudorum nobis exhibet consuetudines, quippe cum ipsa
feuda introducta sint, ad imperij vires augendas & con-
servandas arg. 2. F. 25. de prohib. feud. alien. per Lo-
thar. in pr. Unde in tanto utilitatis prædicato apud
Dd. passim habentur, ut fulcra Germanico-Romani Im-
perij, Salus principum & anchora rerum publicarum,
passim audiant, testem laudo Jctum Nobilissimum
Dn. Joannem Goeddæum in præf. ad Disp. Feud.
Non abs re igitur sed omninò quod mearum erat parti-
um facturum me putavi, si horum jura tractanda susci-
perem. Quoniam verò ut verè habet proverbium:
Difficilia quæ pulchra, factum inde videmus, feudalia

4 2

hec

hac jura non solum apices & thesauros principum, sed & sapientum virorum ingenia & calamos, omni atate mirabiliter exercuisse, præstante ad id auctoritatem suam amplissimam DN. Hermanno Vultejo Jcto itidem consummatissimo, in præf. Tract. feud. Unde si totam & arduam hanc rem uno libello comprehendere hesitavit Obertus 2. F. 1. de feud. cognit. Vanus sim, si omnibus partibus limatam & absolutam feudorum, tractationem promittam, i. e. onus, cui humeri mei & ingenium ferendo non sint, subeam. Sufficiat igitur generaliora quadam Exercitij inauguralis Academici vicem subitura, circa juris hujus materiam difficilissimam, impresentiarum proposuisse; Tu verò Salvator noster Christe JESV, sine quo Te ipso teste nihil possumus facere & absq; quo nullum est boni operis superadificium c. cum Paulus 26, Caus. 1. quæst. 1. principium & fundamentum esto hujus nostræ velitationis.

CAPUT PRIMUM.

De

Feudi Etymologia, homonymia, definitione & divisionibus.

- Q**uum igitur tractatio ita commodè suscipi posse videatur, si jus feudale (1.) consideretur *Absolutè* sc. quatenus est in se ipso secundum simplicem originem & existentiam suam, nullo habito respectu ad aliud (2.) *Relatè* quomodo tum præsupponit & sese refert ad aliud, tum præsuppositorum originem & praxin ostendit, ideoq; & ego his vestigijs insistens, progrediar, si prius quid **Feudum**, ex quo tanquam, ex facto hoc jus
resul.

resultat arg. l. 52. §. 2. ff. ad L. Aquil. & secundum Etymologiam, homonymiam, definitionem & divisiones insigniores sit, brevibus delineavero. Postquam verò juri Feudali operam daturus ante omnia nosse debet, unde nomen feudi descendat arg. l. 1. pr. ff. d. I. & I. & confusa vocabulorum notio confusam rerum inducat notitiam arg. §. Hoc a. 5. Instit. Q. M. T. Inf. Contra verò congrua nominis cognitio, in notitiam rei probè deducatur, secundum admonitionem Philosophi lib. 2. Top. c. 6. Ideoq; ab Etymologia & homonymia rectè & ego exordior. Dictum ergo **Feudum**, à fede vocabulo (ut Dno. Vultejo Tract. Feud. lib. 1. c. 2. in pr. & Niellio Disp. Feud. 1. thes. 6. aliisq; nonnullis placeat) Longobardico Latinis fidem, cum in fidelitate Vasalli Feudi substantia consistat, significante, sentio 2. F. 3. per quos fiat investit. & per quos recip. c. 1. in fin. Caterumq; **ambiguum** licet sit vocabulum feudi ac aliàs modo re, quæ in feudum datur 2. F. 4. Quid preced. deb. an. investit. an. fidel. §. fin. 2. F. 8. de investit. de re alien. §. 1. & 2. F. 22. de milit. Vasal. qui contum. est. c. un. vers. si verò, modo contractum feudalem indiget d. 2. F. 3. per quos fiat investit. & per quos recip. pr. & §. 1. 2. F. 20. de controvers. int. Epis. & Vasal. Hic tamen jus significat in re feudali constitutum 1. F. 25. Quib. mod. feud. constit. pot. 2. F. 1. de feud. cognit. in fin. Et **definitur**, quod sit jus in re aliena immobili vel æquipollente ex benevolentia à Dn. legitimum rerum suarum administrationem habente, vasallo sub conditione fidei & obsequij, concessum, in hoc ut re illa non solum plenissimè uti frui, sed etiam de illa pro arbitrio, quodammodo tamen restricto, disponere possit 2. F. 23. in quib. caus. feud. amitt. §. fin. 2. F. 8. De invest. de re alien. fact. pr. vers. rei autem 2. F. 1. de feud. cognit. §. fin. 2. F. 43. de controvers. int. vasal. & al. de benef. Dn. Bach. 1. ad Tr. 1. Disp. 16. §. 2. lit. B. Quanquam, verò in feudorum divisionibus tot ferè sunt opiniones, quot sunt capita, & cum totum jus feudorum ab ijs, qui non ad artem, sed ad receptas consuetudines plurimum respexerunt, compilatum sit, difficilimum est talem tradere

- divisionem, quæ per omnia ad normam Dialecticâ congruat
 ut post *Curt. Jun. de Feud. part. 1. quest. 8. pr. Nicolaum Intrigiol.*
de Feud. quest. 21. n. Obrech. Diss. Feud. 2. 9. 4. 5. conqueritur præ-
 10. *laudatq; Dn. Vultejus Tr. Feud. lib. 1. c. 8. n. 1.* Quia tamē & omnia
 membra dividenda capit, & præ aliis certo jure feudali ni-
 titur specialiterq; duabus rubricis in illo gaudet, *summa* quæ
 dam horum sc. feudorum, ad morem Justiniani Imp. *Inst. de*
jur. pers. pr. melioris doctrinæ causâ distributio statui, &
Feudum in proprium & improprium,
 sive quod idem est in rectum & non rectum, verum
 vel non verum commodè dispesci potest, *videantur rubrica*
& textus 1. Feud. 33. de consuet. rect. Feud. § 2. F. 48. de Feud.
non habent. propr. feud. natur. & ib. Interpp. Magnificus No-
bilissimus Consultissimus atq; Excellentissimus Dn. Ordinarius
Dn. D. Erasmus Bugepaut Patronus, Præceptor ac Promo-
tor meus omnis honoris cultu atatem devenerandus Colleg. Feud.
 11. *publ. Diss. 2. 9. 15 Dn. Arum. p. m. Diss. Feud. 2. 9. 2.*
proprium verò feudum est, quod à Domino & Va-
 sallo secundū cōmunem rationē 2. *F. 2. Quid sit investit. §. ult.*
propriam naturam 1. *F. 7. de nat. Feud. proprium jus*
 12. *Feudi est cōstitutum 1. F. 1. de his qui feud. dar. poss. Germani-*
cè dasz eines rechten Lebens Etzlichen aff hat. Propria autē du-
plicia sunt, separabilia & inseparabilia Dn. Carpzov. Diss.
 3. *Feud. 2. 5. 39. 40. Inseparabilia rursus duplicia sunt; vel enim*
sunt communia omni feudo proprio & improprio, prælau-
datus Magnificus Dn. Ordinarius d. Colleg. Feud. publ. Diss. 4.
§. 8. in fin. & hæc omninò separari nequeunt, ac per excel-
lentiam propria vocari possunt, & sunt (1.) Feudum
 14. *ex benevolentia dandum, & honore & amore Domini*
acquirendum esse, 1. F. 23. in quib. caus. Feud. amitt. (2.)
Rem in qua feudum consistere debet soli, solo cohæ-
 15. *rentem, seu immobilem, vel inter immobiles connu-*
meratam esse oportere 2. F. 1. d. Feud. cognit §. ult. d. 2. F. 23.
in quib. caus. Feud. amitt. §. ult. (3.) Ut directum dominum
penes Dominum remaneat, utile verò in vasallum transeat
d. 2. F. 23. §. ult. id posterius enim notat vocabulum usus-
 fructus

fructus materialiter & lato significato ibi sumptum Nobilissimus atq; Excellentissimus Dn. Praeses, Praceptor, Promotor ac Patronus meus nullo non venerationis genere perpetim colendus inpraelect. ad Dn. Carpz. Disp. Feud. 1. §. 30. & 31. & Col leg. pandect. Exerc. 10 §. 3. (4.) ut vasallus Domino fidem 16.
faciat seu ut nulla fraus, nec ullum malum ingenium inter dominum & Vasallum interveniat 2 F. 52. de prohib. feud. alien. per Lothar. §. ult. d. 2. F. 23. in quib. caus. feud. amitt. ib. fideliter 2. F. 3. per quos fiat invest. & per quos recip. in fin. 17.
Vel sunt specialia feudo proprio & separationem quidem admittunt, ita tamen ut ex proprio fiat improprium; inter haec numerantur, (1) feudum non transire ad foeminas 1. F. 2. de his qui feud. dar. poss. §. hoc autem (2) nec ad ascendentes 2. F. 50. de natur. success. feud. (3) nec ad legitimos vel naturales 2. F. 26. si de feud. de funct. content. sit &c. §. naturales (4.) Feudum nullo modo sine Investitura constitui 1. F. 25. Quib. mod. Feud. constit. (5.) Fidelitatem jurato a vasallo promittendam d. 2. F. 3. per quos fiat invest. & per quos recip. & 2. F. 4. Quid preced. deb. invest. vel fidel. (6.) Militem seu vasallum sine cognita culpa beneficium amittere non posse 1. F. 21. de feud. fin. culp. non amitt. (7.) Feudum vel totum vel partem sine consensu seniorum distrahi vel pignorari non posse 2. F. 52. de prohib. feud. alien. per Lothar. pr. & 2. F. 55. de prohib. feud. alien. per Frider. Circ. med. pr. Et plura alia quae videri possunt ap. Rosenth. c. 2. concl. 52. Obrecht. Disp. 2. §. 15. & seq. Dn. Vultei. Tr. feud. lib. 1. c. §. n. 39. Dn. Arum. Disp. 1. §. 36. & seq. eaque infinita ex 22.
text. feudalibus ad hunc locum colligi possunt, sicut scribit prelaud. Dn. Vultei. d. loc. Sed proprium feudum ulterius distinguitur in **Nobile & Ignobile seu plebejum**, 23.
per 2. F. 10. & ib. Dd. qui acervatim videri possunt ap. Rogenth. cap. 2. concl. 2. Dn. Gædd. Disp. 2. §. 4. & Dn. Vultei. d. 1. c. §. n. 9. **Nobile** feudum est, quod conceditur a tali, 24.
qui pollet & potestate id est Majestate eaq; vel absolutâ & in universis negotiis independente, vel saltem circa conferendas dignitates tali, nec caret voluntate eaq; vel expressâ vel

- vel præsumptâ nobilitandi, prædict. Dd. dd. loc. & d. c. un.
 2. F. 10. quis dicat. Dux March. c. 10. de privileg. in 6. clement.
 fin. de sent. excomm. suspens. & interd. Addat. Excellentissimus
 Vir. Dn. Johannes Thoma J. U. D. Consultissimus Disp. de ac-
 25. quir. vel amitt. nobil. posit. 2. n. 1. & aliquot. seqq. sive per se
 id faciat concedens, sive per alium per express. text. in l.
 Nemo præfectus 5. C. de dignit. lib. 12 & c. Qui facit per alium
 72. d. R. J. in 6. Quum verò Nobile esse in latiori signifi-
 26. catu quamlibet præstantiam etiam regalem indigitet præ-
 laud. Dn. D. Thoma in d. Disp. posit. 1. n. 3. & 33. cum seqq. Hinc nõ
 27. immeritò feudi nobilis in **Regale & non Regale**
 distinctio etiam fundata in 1. F. 14. de Feud. March. c. 1. &
 2. F. 34. de Leg. Conrad. pr. adhibetur, Dn. Vultei. d. c. 8. n.
 10. Dn. Gædd. d. D. 2. §. 5. Dn. Arum. d. Disp. 2. §. 48. Et
 28. **regale** est feudum nobile, cum dignitate regali, quoad
 potestatem quidem in subditos, concedētis parili, facultate
 verò conferendi jura seu reservata regia dispari omninò
 ac destituta, perpetuâ tamen & ad hæredes hodiè transito-
 ria, concessum solùm ab ipsa Majestate, nostro idiomate
 29. in *Sohn ehn* quia vasallo seculari cum vexillo, vel *Scep-
 ter ehn* quod principib9 Ecclesiasticis cum sceptro de eo
 investitio fiat, Schneidew. de feud. p. 1. num. 30. appellita-
 tum. Obrecht. de feud. Disp. 2. §. 52. & 53. Videant. text. 1.
 F. 14. de Feud. March. 1. F. 13. de Feud. alien. in fin. 2. F. 10.
 Quis dic. Dux, March & c. Aur. Bull. Car. IV. tit. 5 Knich. d.
 sublim. territ. jur. c. 1. n. 128. & duob. seqq. n. 321 & aliqq.
 seqq. Add. Nobilissimus atq3 Excellentissimus Dn. Præses
 Exerc. ad π. 3. §. 29. & 31. & ibid. alleg. Magnif. Dn. Frantzkius.
 30. Qualia sunt feuda, quæ in sacro Imperio nostro tenent,
 principes ac status immediatè Imperatorem recognoscen-
 tes Knich. d. c. 1. n. 306. & seqq. **Non regale** quod & nobile
 in specie dici potest, est feudum à Majestate vel ipsa, vel il-
 lo cui id commisit illa, concessum in hoc, ut vasallus præ-
 ter regulare jus in feudo, etiam dignitatem regali inferio-
 rem seu nobilitatem in specie sic dictam consequatur præ-
 dict. text. in 1. F. 13. de alien. feud. & 1. F. 14. de feud. March.

Com. vers. qui verò à principe Niell. Disp. Feud. 1. 3. 7. lit. D.
Obrecht. d. Disp. 2. 3. 72. & seq. Dn. Vultej. d. c. 8. n. 10.

Ignobile quod & plebejum dicitur & Burgense, est 31.
feudum vel ab habente potestatem non tamen voluntatem, vel etiam à carente nobilitandi vi atq; autoritate & privato concessum d. 2. F. 10. *Quis dic. Dux. March. Com. vers. Ceterum, & alleg. Auth. Niell. Obrecht. & Dn. Vultej. ad. ll.* Ulterius feudum dispescitur in Novum & Vetus 2. F. 32.
3. *per quos fiat investit. & per quos recip. 2. F. 32. Qui test. sunt necess. ad prob. nov. invest. vers. Novam investuram & vers. seq. & 2. F. 91. de investit. nov. & vet. benef. pr.* Quod vetus etiam paternum, quamplurimis textibus juris feudalis, 33.
præprimis verò 2. F. 12. *de Fratr. de nov. benef. investit. pr. 2. F. 14. de vasall. decrepit. atat. qui feud. refut. ut fil. invest. 2. F. 15. de invest. in marit. fact. 2. F. 26. si de feud. defunct. content. sit int. dom. & agnat. vasalli pr. 2. F. 45. an. agn. vel fil. def. feud. ret. poss. repud. hered.* (quibus omnibus in textibus feudum paternum eodem modo sicut vetus, Novo, claris verbis non tantum opponitur, verùm etiam disertè nuncupatur paternum) vel antiquum, nullo quidem expresso juris textu, ex usu tamen recepto appellari consuevit, *Obrecht d. Disp. 2. 3. 91. & pass. ap. Interpp.* Unde non faciendum mihi esse cum illis videtur, qui feudum paternum & anti- 34.
quum sibi invicem in jure opponi autumant; Ducem laudo anthoritate & Sacratissimi juris scientiâ illustrem prædictum Magnificum Dnum. *Ordinarium d. colleg. & Disp. 3. 30.* 35.
Feudum novum est, quod de novo per investituram acquiritur, & in primi investiti persona adhuc subsistit, nec ultra (si quidem non obstiterit pater acquirens) ejus descendentes ad ullos collaterales devolvitur; text. hûc facientes sunt 2. F. 1. *de feudi cognition. S. sciendū junct. 2. F. 12. de fratr. de nov. benef. invest. 1. F. 25. Quib. mod. feud. constit. pot. pr. 2. F. 32. Qui test. sunt necess. ad nov. invest. prob. vers. Novam. 1. F. 20. de benef. fratr. & qual. in benef. fratr. succed.* Quod sit sive rem omninò allodialem Dominus Vasallo 36.
B feuda-

- feudalem constituat, sive feudum planè ad se reversum, vel eidem qui antea habuit, vel alij novâ concedat investiturâ, sive prima investituræ forma, terminis habilibus, vel in universum, vel secundum quædam per novas condiciones pactaq; nova mutetur. *arg. l. Julianus 9 § sed si quis 3. in fin. ff. ad exhib.* Substantiâ enim rei, per formam mutatam, interemptâ, consequenter & nomen mutatum censebitur *Dn. Vultej. d. c. 8. n. 4.* sive bona allodialia feudo antiquo incorporentur *Dn. Vultej. d. loc. Obrecht. d. D. 3. 109. § seq.*
38. **V**etus e contra est, quod non solum per successionem in omnes tam descendentes quàm collaterales ejusdem non interruptæ agnationis omninò transit, in infinitum usq; sed etiam à superioribus & quidem à communis agnationis parente primordialiter acquisitum est, Germanicè dicitur, *Ein Altväterlich / Vhratväterlich Stam oder Altlehen* / *textus habentur in 1. F. 1. Qui feud. dar. poss. vel non. c. 1. § 2. 1. F. 11. de content. int. me & Domin. Feud. de port. frat. defunct. 2. F. 11. de success. frat. vel grad. succed. in feud. vers. quod ita intelligendum 2. F. 14. d. vasall. decrep. erat. 2. F. 15. d. nat. success. feud. vers. paternum 2. F. 95. de success. feudi.* Cæterum sunt quædam feuda, quæ licet reverâ & origine nova vel vetera sint, juris tamen & effectuum ratione, antiqua sive vetera & nova, ob pacta intervenientia, redduntur, de quibus supra non loquor, videri possunt *Dn. Vultej. d. c. 8. n. 6. § 7. Dn. Arum. d. D. 2. 3. 43. Obrecht. d. D. 2. 3. 125.*
40. Quod si verò non constet, feudum novum an vetus sit; tunc si vasallus est in possessione, ad hoc ei talis possessio, dummodo vitiosa non sit, proderit, ut transferat onus probandi in Dominum, sicuti & Domini possessio, onere probandi feudum esse antiquum, vasallum gravat, ut e contra neutro possidente præsumptio contra Dominum assurgit, & feudum antiquum esse censebitur, *1. F. 4. si de investit. feud. controvers. fuer. §. 3. 4. § ferè per tot. l. 14. ff. l. 2. C. de probat. 2. F. 26. si de feud. defunct. content. sit int. dom. § agn.*
41. *vasall. pr. ibiq; Gothofr. lit. a.* Rursus feudum aliud Ligium,

Ligium, à ligando, quod ligatis pollicibus, arctiorem in hoc quam in aliis fidem, Dominis jurare, necessum sit, dictum, perhibetur, aliud non Ligium 2. F. 52. de probib. feud. alien. per Lotbar. §. satis bene 2. tit. 90. de Feud. Lig. in Extraord. Clement. pastoralis §. rursus de sentent. & re Jud. Eleganter Dn. Gædd. d. D. 2. §. 7. per tot. Dn. Arum. d. D. 2. §. 50. & seq. Dn. Vultei. d. c. 8. n. 20.

Ligium est 42.

quod Dominus, nullum omninò superiorem recognoscens, concedit subdito immediatè sibi subjecto, ad hoc ut fidelis sit contra omnes nullo omninò excepto, dd. rexx. & Interppib. Hug. Grot. de J. b. & p. lib. 1. c. 3. n. 21.

Sola inde Imperatoria Majestas in terris Im- 43.

perii, feuda jure concedet ligia Dn. Vultei. d. c. 8. n. 22. Obrech. d. D. §. 201.

Ex analogia vero Majestatis, quam habent in suis territoriis, principes Sacri Imperii serenissimi, feuda ejusmodi arctioris nexus, respectu sui, vel aliorum parium aut se inferiorum, rectè constituent,

illis Subligiis indiguitatis Conf. Nobiliss. ac Excellen- 44.

tiss. Dn. pras. d. Coll. Ex 3. §. 29. & seq. Papæ ut superioritatem in suis terris, ita feudi ligii concessionem, negare quidem non possum, propter c. 1. §. Pontifex dist. 21. & d. clem. pastoralis de sent. & re Jud.

Eidem tamen Imperatoriam Majestatem ex, clem. 1. de jurejur. & 2. F. 100. & c. 33. dist. 63. imperii & hòc nomine fidelitatem debere et- jam jurato non credo, aliter edoctus notoriâ rei ipsius ve- ritate, & art. 1. in fin. cap. Cesar. cum Ferdin. III.

Quam rem acu tetigisse videtur Dn. D. Johannes Suevus, antecessor in hac Salana olim celeberrimus, dum in append. Feud. 8. Di- sputationis, de quâ sub ipso. M. Laurentius Lucanus mens. April. Aõ. 1606. respondit, scribit, insolentia id esse & juri con- trarium, subjicitq;: sit papa Sol & Imperator Luna d. clem. 1. re- liquos quinq; planetas, quàm quaso commodè attribueris, papa satellitibus Iesuitis, Mercurium ob linguæ volubilitatem, Vene- rem propter libidines, Martem ob seditiones & bella, Jovem

B 2

propter

propter dominandi cupiditatem, Saturnum propter inquisitionem, ut enim sidera illa erratica ab ecliptica qua via solis est, recedant, ita & Hi à Sole Justitia ac veritatis, Christo. Hæc ille. Sed ut ad scopum redeamus ex superioribus patet, quod quis duorum Vasallus Ligius esse non possit *dd. t. xx. & præprimis d. tit. extraord. d. Feud. Lig. 2. F. 99.* quod tamen limitant Dd. communiter, nisi quis successione duorum fiat Vasallus Ligius, *per id. cap. extraord. in fin.* Verum cum (1.) cap hoc extraordinarium sit, & sic, licet probaret dictam limitationem, contra textum tamen authenticum *d. 2. F. 52. d. prohib. feud. alien. per Lothar. §. satis bene & alios concordantes ut l. F. 93. Factum frat. frat. in feud. patern. non noc. & d. text. nostrum non recipiatur Cujac. 2. F. 73 Niell. d. D. 1. §. 3. eleganter. Dn. Ludw. Synops. Feud. c. 1. (2.)* hoc modo tota feudi Ligii natura everteretur, cum (3.) impossibile sit, pari fide duobus aliquem simul devinctum esse posse *d. clem. pastoralis & text. Evangel. Matth. 6. vers. 24.* (4.) etiam si posterior Dominus hoc concedere velleret, id tamen priori, vasallum Ligie obligatum habenti, utpotes inter alios acta, nullo modo præjudicare posset. *r. t. C. Res int. alios act. & l. fin. C. quib. res Jud. non noc. (5.)* multò minus alteri per alterum iniqua conditio inferri debet *l. non debet 74. ff. de Reg. Jur. l. 5. §. 5. ff. d. oper. nov. nunc. l. 2. ff. quod vi aut clam vel (6.)* jus quæsitum alicui sine facto suo auferri potest *l. 2. §. si quis ff. ne quid in loc. publ. l. 2. C. de in jus voc. Niell. d. D. 2. §. 3. & deniq; (7.)* Non nisi favori pro se introducto renunciare licet *l. pen. C. de pact.* Meritò videretur de limitationis hujus consistentia dubitari posse ita, ut [cum pace tamen & veniâ tantorum virorum] potius dicatur, eandem subsistere, si posterior Dominus gratiam faciens Vasallo, qualitatem Ligiam remiserit, & feudum, ut à se illud non Ligium habeat (quomodo de jure feudali ritè fieri posse testatur Dn. Vultei. *d. c. 8. n. 21. Obrecht. d. D. 2. §. 214. Rosenth. lib. 1. Cap. 2. concl. 4. n. 3.*) novè concesserit, quod etiam & non prius probare vide.

videtur *d. c. 99. Extrordinarium*, cum expressè de 48.
feudo, quod per investituram, & ita novè, non verò per
successionem acquiratur, sermone habeat, vel etiam ean-
dem limitationem exaudiendam fortè fore de casu expres-
so *in d. 2. F. 52. & 93.* Cæterum, ut & ad alias feudorum dif-
ferentias perlustrandas pergamus, non inter postremas
etiam est, quod dispescitur feudum in Ecclesiasticum & Secu-
lare; **Ecclesiasticum** est, quod in re Ecclesiastica ob 47.
causam utilitatis alienari nõ prohibita, constituitur, à per-
sona sive Ecclesiastica sive Seculari, alienandi potestate
non destituta 2. F. 35. *de cleric. qui invest. fac. pr. & in fin.*
junct. 1. F. 9. Qui success. teneant. 2. F. 40. de cap. Corrad. in
fin. Nov. 7. c. 3. Nov. 55. c. 2, & Nov. 120. c. 6. Pluries lauda-
tus Nobilissimus & Consultissimus Dn. præs. d. Colleg. Exerc.
9. d. 31. Dn. Vultei. d. c. 8. n. 19. Dn. Arum. d. D. d. 45. Ob-
rebt. d. D. d. 165. & seqq. **Seculare** est, quod à persona si. 50.
vè seculari sive Ecclesiastica conceditur in re sua patrimo-
niali, eaq; pleno jure ad se pertinente *dd. text. & 2. F. 3.*
per quos fiat invest. pr. l. 21. C. mand. junct. l. 8. C. de Jud.
Deniq; alià distributione & ad propria & impropria feu- 51.
da spectante, dividitur (1.) Feudum in Masculinum, foemi-
ninum & mixtum. **Masculinum** feudum est, quod à 52.
masculo solo primùm est acquisitum, sive in eo succedant
masculi solùm, ut tenet regularis & propria natura illius,
sive etiam irregulariter ex pacto speciali foeminae, *expressus*
& elegans textus. 1. F. 8. d. success. feud. §. filia verò 3. & 2. F. 50.
de natur. success. feud. pr. ubi etiã paternum illud vocit-
tatur. **Foemininum** feudum est, quod primæ suæ ac. 53.
quisitionis originem debet foeminae, & in quo quidem etiã
post masculos demùm non extantes, succedunt foeminae,
secundum tamen regularem naturam illius feudi & non
ex pacto speciali, *textus itidem expressi in 2. F. 30. de feud.*
foemin. pr. d. 2. F. 50. de nat. success. feud. 2. F. 11. de success.
fratr.

- fratr. vel grad succed. in feud. 2. F. 17. de eo qui sib. vel hared. suis masc. & foem. invest. accep. & hoc vocatur etiam maternum 1. F. 15. anmarit. succed. ux. Dn. Vultei. d. c. 8. n. 19.*
54. **mixtum** est, quando à quodam maritus & uxor de eodem feudo simul investiuntur, ut in se descendentesq; haberent, & pro utraq; parte succederent, quod, cum partim à masculino, partim à foemina acquisitum sit, merito ideò mixtum appellandum venit, *Nobiliss Dn. pres. in pralect. feud. ad Carpzov. Disp. 2. §. 4. Niell. d. D. 1. 3. 7. per textus praedict. & 2. F. 85. de investit. fact. marit. vel utriq; conjug. 2. F. 104. Cas. quib. foem. succed. §. jugales 2. (2)* in Feudum ex pacto & providentia Hæreditarium & mixtum, quam, propter successores in feudis, introductam nobilissimam feudorum distinctionem, magistralem quidem & à Pileo & Bulgaro excogitatam, si nudam denominationem externumq; verborum sonum respicias, quod ad rem ipsam verò in textibus feudalibus probè fundatam, insuperq; in foro receptissimam esse, asserere inconueniens haud est
55. *Dn. Vultei. d. loc. Dn. Gædd. d. D. 2. 3. 11.* **Feudum ex pacto & providentia** est, quod origine suâ descendit ex pacto Domini constituentis & vasalli acquirentis, successionem verò metitur ex dispositione & providentia juris feudalis ita ut non nisi ad descendentes primi acquirentis vel ejus collaterales sanguinis jure devolvatur, & vocatur à Claro *§. feudum q. 9. n. 3.* **Feudum familiare**, quia ad extraneos non excurrit, ed in familia primi acquirentis residet.
56. **Feudum hæreditarium** est, quod etiam quidem ortum ex praedicto dantis & accipientis pacto trahit, successionis tamen emolumento, jure hæreditario secundum juris civilis dispositionem, quosvis eodem jure habiles admittendo, & legis feudalis providentiâ superhabitâ, omnino gaudet.
57. **Mixtum**

Mixtum est, quod itidem de origine suâ cum priori 58.

by convenit, & ex dantis & accipientis pacto descendit, hæ-
redem autem ex providentia legis & sanguinis jure feuda-
lem masculum venientem non aliter, ob specialis pacti
interventionem, admittere potest, nisi & in simul jure hæ-
reditario, secundum jus civile commune succedat *Dn. Vul-*
teij & Obrecht. dd. ll. In dubio verò non hæreditarium, 59.

sed feudum hoc mixtum præsumendum esse autumo, Sic
enim & præsumetur id, quod est ex natura rei, ejusq; qua-
litas intrinseca, cui in dubio sese accommodasse censentur
contrahentes *arg. C. cum dilectus 8. ex de consuetud. &*
quod ab utraq; parte benignius secundum c. estote 2. ex de
reg. Jur. l. semper in dubio 56 ff. de Reg. Jur. & hæc de no-
tioribus præprimis feudi proprii divisionibus, sequitur
feudum improprium. Ex supra data autem feudi proprii 60.

descriptione, in facili est, statuere quid sit **impropr-**

um, nempe quod non per omnia feudi proprii ratio-
nem ac naturam, ex jure feudali communi mutuan-
dam, sequitur, sed aliquâ sui parte ab illa recedit, di-
citurq; vel **degenerans vel feudastrum** *Dn.*

Vultej. d. c. 8. n. 38. Dn. Gædd. d. D. 2. §. 8 Hagmei. Syn.
Feud. c. 2. §. 25. Quia verò istiusmodi recessus du- 61.

pliciter occurrit (1.) ipso jure feudali ita disponen-
te (2.) pacto seu conventionem contrahentium, primum
hic obtinet locum distinctio, quâ feudum improprium, in
improprium jure & in improprium pacto discernitur, sæpi-
us & merito laudatus *Magnif. Dn. Ordinarius d. colleg. feud.*

Disp. 2. §. 38. & seq. **Jure improprium** est, quando 62.

prædicta feudi proprii natura, alio quodam minus commu-
niori feudali jure, singulariter variatur *Dn. Vultej. d. c. 8. &*

n. 38. Obrecht. d. D. 2. §. 305. Hagmei. d. loc. §. 26. Qualia feu- 63.
da impropria jure sunt (1.) Feuda Cameræ & Cavenæ de
quibus in 2. F. 1. de feud. cognit. §. sciendum ult. & 2. F. 2.

Quid

- Quid sit investit. c. un. §. si verò vasallus 1. (2.)* Feudum à foc-
 mina primitus acquisitum de quo supra n. 53. dictum, *pre-*
 64. *laud. Dd. dd. ll. Dn. Arum. d. D. 2. §. 7.* Feudum de **Came-**
ra est jus, quo ex ærario principis certam pecuniam vasal-
 us quotannis perci pit; Feudum de **Cavena** etiam **Cane-**
væ & **Canuæ** ab Interpp. insignitum, est quod ex cellario,
 horreo, penuario, in vino frumento & aliis fungibilibus
 percipitur *Dn. Vultej, d. c. 8. n. 13. Dn. Arum. d. D. 2. §. 18. Dn.*
Gædd. d. D. 2. §. 10. Niell. d. D. 1. §. 8. Obrecht, d. D. 2. 309. &
 65. *seqq.* Utrumq; hoc feudum dicitur esse in curte, id est
 in domo vel curia vel castro domini, quia res in qua hoc
 feudum constituitur non transit in domum accipientis,
 sed remanet in curte dantis, sicuti feudum extra curtem
 est, quod quasi extra domum dantis transit in domum seu
 curtem accipientis, *Niell. d. §. 8. pr. Dn. Vultei. d. loc. n. 18.*
Obrecht. d. loc. & pro parte Gothofred. ad 1. F. 5. quib. mod.
feud. admitt. lit. F. & 2. F. 1. de feud. cognit. §. ult. lit. L.
 66. Et non debetur, nisi omni ære alieno, citra domini cul-
 pam contracto, deducto, Dominus habeat, unde pro con-
 ditione suâ honestè vivere possit 2. *F. 58. de not. feud. Ro-*
sentb. d. c. 2. concl. 76. Dn. Arum. d. loc. Dn. Vultei. d. loc.
 67. Ac utrumq; feudum sc. camerae & cavenæ, rursus vel est
 gratuitum, estq; tum **Soldatæ**, quæ est præstatio
 quædam annua, in solidorum donatione plerunq; quan-
 doq; verò etiam in vino & annona consistens, gratuita &
 à neutra parte transiens in hæredes 2. *F. 10. Quis dic.*
 68. *Dux. March. Com. c. un. vers. pen. & ult.* Tum **habita-**
tionis, quod datur propter habitationem, & desertâ
 habitatione vel morte accipientis regulariter expirat 2. *F.*
75. de condit. feud non implet. c. un. 2. F. 105. de feud. habit.
 69. *c. un. Niell. Dn. Vultei. & Obrecht. ad. ll.* Vel officio-
 sum,

sum, in quo ratione certi alicujus officii vasallo prædi-
cta præstatio obtingit, idq; vel ob officium nominatum
seu expressum, certum specificumq; in jure feudorum no-
men habens, ut Feudum **Guardiæ**, quod est, quod pro
vice dominicaria, hoc est vasallo ita datur, ut custodiam
alicujus palatii, castri, domus, alteriusvè rei suscipiat, &
Castaldiæ quod pro vice villicaria datur ad hoc ut
accipiens domum & res dantis administret, procuret ac
gubernet; tamdiu hæc durant anno finito nõ revocata, usq;
dum vasalli non pœnitentes demandato, secun-
dum laudationem curiæ, funguntur officio, 2.
F. 81. de Feud. improp. que dant. aufer. arbitr. c. un.
2. F. 74. d. feud. scutifer. c. un. 2. F. 94. d. feud.
Guard. & Castald. c. un. add. Cujac. 1. F. 1. §. item illud quod
datur nomine Guardie &c. His accensent Dd. feudum 70.

Cancellariatus, quod Cancellario, & feuda au-
lica, quæ Dapiferis, pincernis, Præfectis aulæ & aliis of-
ficialibus, officii ratione, prædicto conceduntur modo
Obrecht. d. D. 2. §. 377. Vel **innominatum**, 71
ut certum seu speciale nomen jure feudali non sortiens,
estq; quod ob cujuslibet rei officiosæ, seu officii merce-
dem conceditur, quò pertinet feudum Advocatiæ. Et 72.

hæc de divisionibus feudi jure improprii. **Impro-
prium pacto** est, quando, quod à propriis feudi, con-
sensu mutuo dantis & accipientis, sit recessum ex tenore
investituræ apparet 2. F. 18. de duob. fratr. à capit. investit. c.
un. Dn. Arum. D. 1. §. 40. Notandum tamen hîc (1.) pa-
ctum hoc tale esse debere, ne lædat pietatem, existimatio-
nem & verecundiam vasalli, & generaliter ne sit contra
bonos mores, aut contra jus, quæ enim contraria his sunt
nec facere nos posse credendum est, l. 15. ff. de condit. instit.
l. 27. ff. d. R. J. l. 12. de precar. l. 27. §. 3. ff. de pact. Dn. Arum.
d. D.

C

74. d. D. § 41. & 42. (2.) ne adjiciatur contra essentialia feudi, seu ut supra dixi, contra inseparabilia & communia propria feudi, tunc enim transformaretur feudum & in alium transiret contractum *Nobiliss. Ampliss. Consultiss. atq; Excellentiss. Dn. D. Unrabi Dn. ac Patronus meus, Praeceptor itemq; Promotor obsequiosè colendus, in pralect. ad l. 2. ff. de reb. cred. saepe laudatus Nobiliss. Dn. pres. Exerc. 4. §. 22. p. actum g. praeter essentialia seu inseparabilia feudi, vel praeter & contra separabilia feudi propria, adjectum, feudum irregulare & improprium reddit, pralaud. Magnif. Dn. Ordinarius d. D. 2. §. 39. & Nobilissimus Dn. D. Unrabi. d. loc. D. Arum. d. D. 2. §. 40. ut tamen id fiat, de pacto omninò constare debet, certumq; id esse, dubium enim semper secundum jus commune explicatur, Niell. d. D. 1. §. 10.*
75. circ. med. §. illud retinendum. Haec interpositio pacti contingit (1.) vel ratione acquisitionis, ut si ultra principalem impulsivam, benevolentiam sc. honorem & amorem Domini, pretio aliquo interveniente, feudum aliquod acquiratur, quo pertinet feudum emptitium *Vulci. d. c. 8. n. 45. & textus habentur 1. F. 20. de benef. frat. & qual. frat. in benef. frat. succed. c. un. 1. F. 1. de his qui feud. dar. poss. & qual. acquir. & retin. c. 1. in fin. 1. F. 7. de nat. feud.*
76. c. un. c. ad nostram u. extr. de reb. Eccles. non alien. [2.] ratione constitutionis, ut si novum citra investituram constitutur, aut vetus renovationis petitione remissa, ipsaq; renovatione intermissa, relinquatur *Dn. Vulci. d. c. 8. n. 41.*
- (3.) ratione juramenti si sc. id remittatur quò pertinet feudum non juratum (4.) ratione successionis, unde descendit feudum in quo pariter cum maribus, & deficientibus maribus etiam succedunt foeminae *2. F. 30. d. feud. fem. c. 1. 2. F. 48. de feud. non habeat. propr. feud. nat. c. un.* (5.) ratione servitorum, ut vel omninò nulla, ut in feudo franco, vel determinata, unde feudum conditionatum, vel etiam realia praestentur servitia *Dn. Arum. d. D. 1. §. 6. &* (6.) in summa tunc improprium est feudum, quotiescunq; in uno vel pluribus, pacto contrahentium à propria feudi natura licitè

licite receditur *Dn. Arum. d. D. 1. §. 40. & D. 2. §. 4. Dn. Fud
rei. d. c. 8. n. 39. in fin. Niell. d. Diss. 1. §. 11. lit. B. Notan. 79.*
dum tamen hic in expressis solum alteratis & immutatis
feudum esse improprium, in reliquis vero jure feudi pro-
prij censerit & proprium manere *per a. F. 48. de feud. propr.
feud. nat. non hab. c. 1.*

CAPUT SECUNDUM.

De Origine & auctoritate Juris feudalis.

Postquam huc usque intelleximus, de
natura & divisionibus feudi, ratio ordinis su-
pra promissi exigit, ut de jure feudali absolute con-
siderato, dicamus. Absoluta igitur juris feudalis ^{1.}
consideratio, absolvitur origine & auctoritate seu
usu ejusdem, principium enim, cum cujusque rei potissima
pars sit *l. 1. ff. d. O. §. semper inspiciendum est d. l. 1. & arg.
l. 12. ff. ad Sc. Maced. l. 8. in pr. ff. mandat. l. 1. §. 30. ff. depos.
l. 58. pr. ff. pro soc. & jus carens auctoritate non vi-
detur esse jus. arg. l. 7. ff. de LL.* Originem igitur ^{2.}
quod attinet, quamvis in ea definienda, Feudistae, modo
Romanis modo aliis populis eandem ascribentes, mirum
in modum ingenia sua torqueant, videtur tamen in gene-
re origo feudorum ad Germanorum mores
referenda *Hug. Grot. 1. d. j. b. & p. c. 3. §. 23. & 2. c. 7. §. 21.*
In specie vero jura illa feudalia, quibus nos hodieque ^{3.}
utimur a Longobardis ortum traxisse, arbitrabor,
faciente mecum communi Feudistarum Schola, sicuti at-
testatur

- testatur *prælaudatus* Dn. *Gæddæus* *Disp. Feud. 1. 9. 5. add.*
- 4 Dn. *Conring. d. orig. jur. Germ. c. 32. & 33.* Quod autem ad **authoritatem** illius facit, obtinere jura hæc a-
5. pud Longobardos usu 2. F. 1. *de feud. cognit.* In nostras postea Scholas & fora introducta [*de qua introductione differit Dn. Conring. d. loc.*] nec illis unquam expressa majestatis sanctio supervenit: & quia tacite à Majestate & inveterato usu approbata sunt, ita ut libri nostri feudales coram Imperatoribus & in Judiciis ad decisiones causarum allegentur & adhibeantur Dn. *Vulpei. Tract. feud. lib. 1. c. 1. n. 7.* Dn. *Gædd. d. D. 1. 3. 7.* **Consuetudines** manent, eundem verò cum **lege scriptâ** vigorem obtinent, cum non Interfit expresso suffragio, an rebus & factis voluntatem suam legislator declaret. l. 32. §. 1. *de LL. junct. §. sed & quod principi Inst. de J. N. G. & C. Eruditè Magnificus, Nobilissimus, Amplissimus ac Consultissimus Dn. Christophory Philippus Richter Ictus, Com. Sac. Palat. eminentissimus ac P. P. in hac Salana famigeratissimus Dominus, Patronus præceptor ac promotor meus maximoperè devenerandus Disput. ad auct. Habita C. Ne fil. pro patr. 1. pag. 6. & 7.* Ipsis constitutionibus Imperatorum hinc inde insertis, sub censu legum scriptarum procul dubio persistentibus: ac utrisq; juribus & Clericos & Laicos tenentibus *arg. supradict. & c. ceterum 5. ex de Jud. c. ex transmissa 6. cum seq. 7. de for. compet.* Utcunq; verò legalis & tantæ sit authoritatis jus feudale, in decidenda tamen controversiâ circa hanc materiam feudalem occursante, eidem præfertur (1.) **investitura**, cujus diligenter inspicienda & attendenda sunt verba, sicuti eim jure civili communi, conventio legem & formam dat contractui, & id servandum, quod ab initio convenit §. 1. *Inst. de societ. l. 3. ff. de V. 5. l. 13. ff. d. R. 7.* Ita & huic inserta pacta & conventiones omni juri & naturæ feudali derogant *arg. 2. F. 8. de investit. de re alien. fact. 2. F. 12. de Fratr. de nov. benef. invest. 2. F. 18. de*

de duob. fratr. à capit. invest. § 2. F. 48. de feud. non hab. propr. feud. nat. Gail. 2. obs. 50. n. 15. (2.) Consuetudo specialis arg. d. 2. F. 48. de feud. non hab. prop. feud. nat. eaq; vel loci rei sitæ, si circa rem feudalem ipsam, vel loci contractus, quando circa contractum feudalem controversia oborta fuerit. Postmodum demum reditur ad jus feudale commune, hoc ordine, ut (1.) lis decidatur ex textu illius juris expresso, ordinario & probato, (2.) ex ratione vel bona argumentatione ejusmodi textus feudalis, qui tamen non sit contra jus commune & singularis arg. l. 16. § 39. ff. de LL. (3.) auctoritate succedant capitula Extraordinaria cum ordinariis tamen concordantia, Magnificus Dn. Ordinarius d. colleg. Feud. Disp. 1. 2. ult. (4.) Argumentum à contrario sensu, si exinde juris feudalis vel communis correctio non resultet, locum sibi vindicet Dn. Gædd. d. D. 1. 9. 10. Quod si verò controversia jure feudali supra dicto, non decisa, ejusq; in materia jus Canonicum receptum non sit, secundum usum hodiernum in terris Imperii ex præscripto juris Civilis lis terminabitur d. 2. F. 1. §. strenuus a. de feud. cognit. In terris verò Ecclesiæ Jus Canonicum in decidendo præfertur. Ultimò deniq; deficientibus prædictis omnibus, probabilia ex Dd. opinionibus deduci argumenta poterunt, arg. §. 6. de concept. fforum. l. ult. §. 1. C. de LL. l. 10. C. de condict. indeb. § arg. c. 5. 8. 9. § 10. dist. 9. Et hæc de absolute juris feudalis consideratione.

C 3

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

De

Jure feudali relatè considerato primo,
ejusq; objecto priori sc. de personis

1. **J**US feudale relatè consideratum & su-
prà descriptum, duplex est primū vel à primo or-
tum. Primum est, quod notione suā præcedit & à
quo ortum originem ducit. Ut verò in quavis dispectio-
ne relata obveniunt, personæ & res, sic & hujus objecta hîc
considerabilia, personæ sunt & res. Quum verò pa-
rum sit, jus nosse, si personæ, quarum causâ id constitutum
est, ignorentur, adeoq; cum civili *Imp. Justinianus §. ult. Inst.*
d. 7. N. G. & C. & Hermogenianus Jctus in l. 2. ff. de stat. hom.
& Canonico *Lancelott. §. ult. Inst. Can. de Eccles. constit.* tùm
feudali jure de personis prius videndum est *1. F. 1. Qui feud.*
dar. poss. pr. meritò & hîc primùm de ijs dispicimus. Sunt
igitur personæ hîc loci considerabiles, Dominus
& Vasallus. Dominus est persona habilis feudi
loco, rem concedere valens, in vernacula nostra *der Lehne*
herr appellari consuetus. Rem autem in feudum conce-
dere potest persona vel ex speciali & favorabiliori vel ex
6. generali permissione. Secundum generalem
permissionem ea persona est habilis, ut novi feudi
investituram rectè faciat, quæ legitimam bonorum suorum
administrationem gerit, nec aliquâ ratione impeditur a-
lienare, h. e. quæ rei infeudandæ, plenissimum ac liberri-
mum habet dominium *per 2. F. 3. per quos fiat invest. & per*
quos recip. c. un. pr. vers. Novi verò concordant textus in
l. 25. §. 11. ff. de petit. hered. l. 9. C. de Jud. & Calic. l. 21. C.
mandat.

mandat. junct. l. 8. C. d. r. de Jud. De speciali verò permis- 7.
sione sufficit pro infeudationis potentia, gaudere perso-
nam dominio restricto, vel saltem, citra ullum dominium,
liberè concessâ administratione, ut exemplificatur in vasa-
lo subinfeudante *text. 2. F. 9 qual. olim feud. pot. alien. c.*
un. vers. necessitate & seq. 2. F. 26. si de feud. defunct. content.
si int. Dom. & agnat. vassall. S. beneficium, 2. F. 33. de LL.
Conrad. c. 2. pr. & personis penes quas, de rebus Ecclesiasti-
cis beneficium per investituram facere, potestas est, quo-
modo in sequentibus patebit. Prout verò personarum. 8.
duo sunt genera, unum Clericorum, aliud Laicorum c. duo
genera 7. Caus. 12. q. 1. sic & personarum, quoquo prædictari m-
permissionum modo, feuda constituentes, in duplicem a-
beunt differentiam, nam & eadem vel Clericales seu Eccle-
siasticæ, vel laicæ seu seculares existunt, 2. F. 91. de invest. 9.
vet. & nov. benef. Ecclesiasticas g. personas (de qui-
bus ut dignioribus prius agendum, c. beatus 5. Caus. 6. q. 1.)
quod attinet, dispiciendū est ante omnia, an de propriis
suis, an de Ecclesiarum bonis feudalia concessuræ sint be-
neficia. De suis & propriis bonis Ecclesiasticæ per-
sonæ & quidem Evangelicæ quævis, indistinctè facere
beneficia possunt arg. n. 6. b. c. & per 2. F. 35. de cler. qui in-
vest. fac. cum in propriis utantur jure communi. Circa. 10.
personas Ecclesiasticas pontificias distinctio ad-
hibenda est, inter seculares, ut audiri volunt, quæ sicuti
de bonis suis patrimonialibus & quasi castrensi peculio,
liberè disponere omninò possunt Nov. 131. c. 13. l. 34. auth.
Licentiam & aurb. presbyteros C. de Episc. & Cleric.
Nov. 123. c. 19 c. 1. c. 9. & 12. ex de testam. c. 1. de
success. ab intest. ita & per investituram rectè beneficia
collocabunt. Quorsum pertinent relati in d. 1. F. 1. 11.
Qui feud. dar. poss. & c. & cæteri cujuscunq; ordinis clerici.
ante omnes autem papa, quia & implicite in d. 1. F. 1. qui
feud. dar. poss. pr. & quidem sub Archiepiscopi c. in tantum
ult.

ult. dist. 21. Nov. 40. hinc sub simplicis Episcopi, proban-
da lux humilitatis ergo ut testatur Petr. Gudel. J. N. L. 6.
c. 2. n. 3. & seq. nomine continetur l. inter Claras 8. C. de
summ. Trinit. & fid. Cathol. & cum id regulariter ceteris
clericis omnibus liceat, per supradicta, papa autem omnes
Episcopos & Clericos antecellat c. antiqua 23. ex. de privileg.
& excess. privileg. ridiculum esset, cogitare minoribus Cle-
ricis hanc licentiam esse concessam, papæ autem majori
id potestatis negatum iri per Lancelott. S. pen. Inst. Can. de
Episcop. & summ. pontif. & arg. l. 3. in fin. ff. de offic. prator.

13. Et regulares seu religiosas per excellentiam ita dictas,

14. quales sunt **Monachi** omnes. Hi enim, cum ingres-
si monasteria, ipso ingressu, se suaq; dedent DEO, nec
domini rerum esse possint, *auth. ingressi C. de SS. Eccles. &*
omnem proprietatem ita à se abdicare teneantur, ut con-
tra eandem abdicationem nec summus pontifex dispensa-
re possit c. cum ad monasterium 6. pr. & in fin. vers. nec esti-
met, utiq; nec feuda dabunt, idq; tanto magis, quia & pe-
culium quod quandoq; ex concessione superioris licitū est
ipsis habere, nō nisi ad sui alimoniam vel in monasterii uti-
litem convertere valent c. insinuante 7. Qui cler. vov. ma-
trim. contrab. poss. petr. Gregor. Tholos. Syntag. Jur. Can. lib.

15. 1. tit. 26. c. 4. Quod si vero in **Ecclesiasticis** bonis ab
illis feuda constituenda veniant, prædicti seculares discer-
nendi denuò veniunt, eorum n. quidam Canonici sunt

16. quidam **Parochi**. **Parochi** cum nihil de rebus Eccle-
siæ alienare possint c. Diacon 135. Caus. 12. q. 2. nec feudum,
quod est species alienationis c. nullis. ex tr. de reb. Eccles. non

17. alien. junct. l. sancimus ult. C. de rebus alien. non alian. &
2. F. 8. de invest. de re alien. fact. ex Ecclesiæ bonis consti-
tuere poterunt. **Canonici** autem rursus vel sunt Ma-

jores vel minores; omnium major est Papa quem, cum
Domi-

Dominus omnium Ecclesiarum, cumq; omni prelatura
concurrentibus habeatur, volant omnium Ecclesiarum bona,
quando utile visum fuerit, de novo, vel reversa, nondum
aliis concessa, denuò feudis subicere posse. **Minores** 18.
sunt patriarchæ, ArchiEpiscopi, & omnes quorum fit
mentio in l. F. 1. *Qui feud. dar. poss. pr. & l. F. 3. Qui
success. feud. dar. teneant. l. F. 6. Episcop. vel Abbat. vel Abba-
riss. vel dom. pleb. feud. dar. non poss.* Circa quos distinctio 19.
adhibenda & prospiciendum, num de Ecclesiarum bonis,
feuda omninò nova constituere velint, & hoc illos effe-
ctum dare posse, si ex re Ecclesiæ id esse prospexerint, con-
currentibus requisitis solennitatibus, non est ambigendum
2. F. 35. *de cler. qui invest. fac. c. un. & predict. text. junct. c.
sine exceptione 52. caus. 12. q. 2.* Nùm beneficia ad suas Ec-
clesias reversa alijs de novo infeudare concupiscant, quod 20.
magis adhuc poterunt, etiam requisitione solennitatum,
non iteratâ, d. l. F. 1. *Qui feud. dar. poss. & c. pr. & l. F. 6. E-
pisc. vel Abbat. & c. ult. junct. ex tr. de feud. nec obstabit, si suis
consanguineis eadē largiri gestiant dd. text. supradicto e-
nim modo res Ecclesiæ potestatem Episcopi agnoscunt c.
24. Caus. 12. q. 1.* Et hæc de personis Ecclesiasticis seu Cle-
ricis: Cum **Laicis** sive **secularibus** res minus habet 21.
difficultatis, circa illas enim personas indistinctè proce-
dit regula supra n. 6 h. c. expensa, secundumq; eandem sicut
Imperator (quem de bonis Imperij ex tenore capitu-
lationis vel in defectu illius, ex forma Imperij, h. e. cum
cōsensu statuū sive novi sive reversi beneficii investiturâ fa-
cere crediderim *arg. art. 32. capitul. Cesar. cū jvictissimo Impe-
ratore Domino Ferdinando III. semper Augusto, in ita, & per Rein-
king de regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 2. c. 9. n. 165.*) &
status imperii sive immediati sive mediati feuda de
suis liberè concedunt bonis, ita æquè licitum est plebejis
atq; adeò **rusticis**, de suis eò fastigii assurgere modò
valentibus, tuguriolis, feuda præbere, quum iniquum esset 22.
D inge-

- ingenuis hominibus denegare rerum suarum alienationem *l. 2. in fin. ff. si a parent. quis manumiss.* fit enim & à minimis valvasoribus investitura per *1. F. 7. de nat. feud. c. un. vers. si verò*, quam licet consuetudinem antiquitus non habuerint, hodiè tamen eodem jure utuntur per *2. F. 10.*
23. *Quis dicat. Dux March. Com. c. un. vers. qui autem à valvasoribus & vers. sed hodie.* Nec interest, an rem plenè suam, vel antea sibi infeudatam, alius in feuda exponant, uti nec differentiam obtrudit **SEXUS**, nam in hac concessione, cum mare fœmina pari passu ambulat textus expressus *2. F. 3. per quos fiat invest. & per quos recip. c. un. §. 1. vers. ult. 2. F. 91. de invest. nov. & ver. benef.* Quod verò dixi supra *n. 6. b. c.* feuda concedere posse, alibi are non prohibitos, id ratione quarundam personarum dubietatem recipit & disquiritur prohibita sint, nec ne, de illis
24. ergò utiq; & aliquid videndum hïc est: Quapropter inter prohibitos non esse videtur **CÆCUS** arg. *l. 6. ff. de Jud.* nec **prodigus** ante interdictum, uti nec **MUTUS & surdus**, licet simul & à natura tales, per *supradictam regulam & l. 48. ff. O. & A. l. 41. pr. ff. de procurat. l. 124. pr. ff. de R. 7.*
25. Quod verò **filiusfamiliàs** de bonis suis castrensibus vel quasi feudum dare possit, extra dubietatis aleam ponitur per *l. 3. C. de castrens. pecul. l. pen. C. de bon. que liber. junct. d. n. 6. b. c.* Quod etiam verum autumo de adventitiis extraordinariis per *Novell. 117. c. 1. §. 1.* quamvis de illis testari prohibeatur *l. pen. & ult. C. qui testam. fac. poss. & ibi Magnificus Dn D. Richter eleganter & solide.*
26. **Pupillos & minores**, curatores habentes, quod atinet, neq; cum autoritate tutoris, vel curatoris consensu, feudum novum concedere poterunt arg. *l. 3. §. 4. & 5. l. magis puto §. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt fin. decret. non alien. vel suppon. l. 3. C. de in integr. restit. junct. d.*
27. *2. F. 3. per quos fiat invest.* nisi specialissimis id fiat casibus, decreto

decreto solenniter interposito, ut necessitatis id exigente casu, è numero cuius sunt, si pupilli vel minoris dignitas id efflagitet, vel ut hares, patris ad investituram faciendam obligati, adstringatur. Feudi tamen antiqui investituram pupillus, si modo tutoris auctoritatem, cum & hinc ob justas investituræ denegandæ causas, quas fortè ipse non attendet, vel aliis pactis notituris adjectis & aliter conditionem suam evidenter satis deteriore reddere possit, insuperq; ex hoc negotio mutuarum obligationes nascantur, adhibuerit, rectè renovabit *arg. l. Quam Tuberonis 7. §. 1. ff. de pecul. pr. Inst. de auct. tut. junct. n. 13. supr. cap. 2.* Quod & in minore curatorem habente obtinere putaverim, cum hinc ratione pupillus & minor comparationem sustineant, *per rubr. Et tot. tit. ff. de reb. eor. qui sub. tut. vel cur. l. 22. C. de administr. tut. Myns. ad pr. Inst. de curat. n. 1. item per l. 1. ff. de minor. l. 3. C. de in integr. restit. & quia satius est intacta jura minorum servari, quam post vulneratam causam remedium quærere, l. ult. circ. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess. quod secus se habet in minore curatorem non habente, ille enim feudum per se rectè renovat 2. F. 3. per quos fiat invest. Et c. pr. licet de novo concedere non valeat ob d. l. 3. C. de in integr. restit. junct. sæpè dict. n. 6. b. c.* Deniq; feudalia beneficia conferre non prohibiti, tam per se, quam per alios, speciale tamen mandatum idè habentes, investituras faciunt, *per vulgat. reg. c. qui facit per alium 72. d. R. J. in 6.* Et huc usq; de primi objecti, persona prima sc. Domino, sequitur ut & de vasallo alterâ ejusdem objecti persona dispiciamus, cum frustra feuda darentur, nisi essent, qui acciperent. Est igitur **Vasallus** persona, quæ feudum sibi oblatum, accipere potest, habilis. Habitudo ea hinc generali in 2. F. 3. per quos investit fiat Et per quos recip. §. 1. vers. per feudum tamen Et §. personam circumscribitur regulâ, quod cuilibet per feudum dari possit, nec persona accipientis distinguenda sit, nisi ea accipere prohibeatur *Interpp. ibid.* Videamus igitur de his qui feuda accipe-

accipere prohibentur; nam si cognoverimus quæ istæ
personæ prohibita sint, simul quoq; intelligemus, quæ
prohibitioni non subiaceant *arg. pr. Inst. de his qui sunt*
36. *vel alien. jur.* Prohibentur autem omnes illi, qui,
quod vel Majestatem divinam quorsum pertinent **Hære-**
tici *l. 4. §. 1. C. de Heret. Manich.* **Apostata** *l. 4. C.*
de Apostat. **Excommunicati** excommunicatio-
ne majori *arg. c. pen. ex de sentent. Excommun. can.*
32. & 33. *caus. 11. q. 3.* **usurarii** manifesti *arg.*
c. 1. de usur. in 6. vel humanam sive im-
mediatè & directo sive mediatè & per consequentiam læ-
dunt hominum arcentur consortio, eòq; indigni judican-
tur, qui contrahendo vel aliter acquirere sibi aut proprij
retinere quicquam possint, quorum paginam faciunt, **Rei**
criminis Læsæ Majestatis *l. ult. C. ad L. Jul. Majest. l. 9.*
C. de bon. proscript. **Deportati** *l. 2. C. cod. tit. de bõ. proscript.*
37. **Infames**, quos tamen à feudis dignitatem annexam ha-
bentibus solum prohiberi, cæterorum verò, maximè impro-
priorum, consuetudinem habere posse, existimaverim, *arg.*
l. 2. C. de dignit. ac in summa omnes, quibus damnatis, ob
delictum publicum gravius se. & vel vitam vel libertatem
vel civitatem auferens l. 3. ff. de interd. & releg. bona sive
in consequentiam alterius poenæ, sive ut poenâ principaliter
delicto impositâ, publicatione adimuntur, quæ hodie (ex-
cepto crimine læsæ Majestatis l. fin. ff. l. 5. l. 6. l. 7. & l. fin.
C. ad L. Jul. Majest. Aur. Bull. Carol. 4. art. 24. Ordin. crim.
Carol. v. art. 218.) per consequentiam alterius poenæ am-
plius non imponitur, existentibus descendentes vel ascen-
dentibus ad tertium usq; gradum, auth. bona damnatorum
C. de bon. proscript. & damnat. junct. Nov. 134. c. ult. tantumq;
de personis prohibitis. Reliquæ igitur omnes ab accepti-
one feudorum non prohibebuntur, ac licet quod ad ipsam
feudi

feudi acceptionem, nulla sit inter capientes differentia, nec
attēdatur cujuscūq; sint sexus, si enim **mas & fæmina**
1. F. 8. de success. feud. c. 1. §. filia 2. F. 17. de eo qui sib. vel hæ-
red. c. un. 2. F. 30. de feud. fæm. c. 1. atq; adeò Herma-
phroditus, in quod ad id, ut, feudum masculinum sit
nec ne, cognoscatur, prævalentia sexus attendenda *l. 10. ff.*
de stat. hom. l. 15. ff. de test. l. 6. §. ult. ff. de lib. & posthum.
eaq; prævalentia ex habitu vestium dijudicanda est, cum
justum sit, ut quis talis, ex habitu quem gestat, præsumatur,
qualis est is, cujus habitum præfert *c. si iudex de sent. excom-*
mun. in 6. feuda rectè capiunt; vel ætatis, unde & minor 38.
feudi consuetudinem habet *1. F. 26. si de feud. defunct. con-*
tent. sit int. dom. & vasall. §. si minori; vel status seu condi-
tionis, sic enim & **servus** investiri potest *d. 2. F. 3. per quos* 39.
fiat invest. & c. vers. personam; aut qualitatis, nam & **mutus,**
surdus vel aliter **imperfectus,** feudi capax est, per
d. generalitat. text. in 2. F. 3. v. personam & 2. F. 36. an mut.
vel alit. imperfect. feud. retin. Non tamen omnes uno eo-
demq; capiunt modo, statim enim (1.) quidam & per se & 40.
per alios, prout libuerit (2.) quidam non nisi per alios & (3.)
quidam, licet per se omninò inhabiles non sint, si tamen
aliorum autoritas decesserit, feuda rectè non capiunt.
Qui & per se & per alios pro arbitrio feuda accipiunt, sunt 41.
majores 25. annis, hi enim quatenus tales, cum liberam
contrahendi facultatem habeant, non est quod dubitetur,
nùm feuda rectè capiant. Qui verò solùm per alios feu-
da quærunt, sunt **furiosi,** cum enim iidem omni intel- 42.
lectu careant, adeoq; nullus existat defectus, qui autho-
ritate aliorum redintegrari queat *l. 1. ff. d. R. J. ea propter*
non nisi ex æquitate per curatorem acquirunt *arg. l. ult. C.*
de cur. furios. junct. l. 24. ff. d. O. & A. Qui deniq; non 43.
nisi accedente autoritate aliorum, feudorum consuetu-
dinem

- dinem habent, sunt **infantes**, quos authore tutore feuda capere posse, asserendum est *arg. l. 32. ff. d. acquir. vel. o. mitt. possess.* benignius enim circa illos id acceptum est *l. 1. §. 13. ff. d. 4. d. O & A & l. 5. C. de jur. de lib. junct. l. 9. ff. de acquir. vel. o. mitt. hered.*
44. Præterea sunt, qui, licet feudorum capaces sint, illa tamen non sibi sed aliis acquirunt, quorum locum subintrant servi & Monachi. **Monachos** quod attinet illi indistinctè, sicut omnia, ita & beneficia feudalia sibi oblata, monasterio quarunt, servis à Dd. comparati ex *l. Deo nobis 56. C. de Episcop. & cler. Daniel. Venar. Analys. jur. pontif. lib. 3. t. de regular. & transf. ad relig.*
45. Circa **servos** verò notabiliter attendendum, an à propriis, an ab extraneis dominis feuda ipsis veniant concedenda; A propriis si investiuntur Dominis, huc non pertinent, sed sibi quarantibus connumerandi sunt, cum hoc modo non solum feudum, sed & libertatem tacitè accepisse intelligantur *arg. l. super his 6. C. qui milit. poss. lib. 12. §. 1. Inst. qui testam. tut. dar. poss. arg. l. 2. ff. de Jurisdic. idq; tantò verius est, si expressè libertatem eidem servo largitus fuerit l. 11 ff. de re milit.*
46. Quod si verò ab extraneis concessio descendat, dispiciendum est, nùm Domini, nùm servi contemplatione & intuitu eadem processerit: Jam igitur, si constiterit concedentem, in servo, dominum respexisse, res est expedita, & sicuti jure communi, ita & huc feudum domino delatum & acquisitum cesebitur *arg. pr. Inst. per quas pers. cuiq. acquir. l. 1. C. eod. tit. l. 1. circ. fin. pr. C. commun. de manu-*
47. *miss.* Sicuti si apparet, extraneum dominum feudali largitione servum intendisse, interest, an domino servi sciente & patiente investitio insequuta fuerit, & adhuc servus libertate cum feudo donatus reputabitur *Alvarot. d. 2. F 3. §. personam prepos. ibid. n. 1. Obrecht. d. loc.* An verò eodem nesciente vel contradicente actus infeudandi peragatur, quo casu feudum nec dominus nec servus habebunt.
- His

His autem qui aliis, accipiendo, feuda quærunt, non accen. 49.

sendum autumo **filium familiâs** in sacris constitu-
tum, quanquam enim servi & Monachi instar, sui juris nō
est, longè tamen melioris, imò omninò alterius conditionis
est, etenim illi, quatenus tales, proprij sibi nihil acquirere vel
retinere possunt, ita ut si post mortè, proprij quid apud Mo-
nachū inveniatur, iste in sterquilinum (salvo honore) ve-
niat sepeliendus *l. 10. §. 1. ff. d. a. 1. d. c. cum ad 6. extr. de Stat.
monach.* Secus verò se res habet cum hoc sc. filio famili-
âs *§. 1. Inst. per quas. pers. cuiq. acquir.* Adeoq; quod ipsum
jus feudi vel utile dominium concernit, id patri acquiri 50.

Circa usumfructum verò, parili modo res dubietate caret,
si ob servitia militiæ, sive sagatæ *tot. tit. ff. C. de Castrens.
pec. sive togatæ l. un. C. de Castrens. omn. palatin. pec. lib. 12. l.
ult. C. de inoffic. testam. l. 4. C. de Advocat. divers. judic. C. d.
§. 1. Inst. per quas pers. feudum filiofamiliâs obveniat.* Sin
autem ob non militaria vel nulla servitia, filiofeudum con- 51.
cedatur, patri, licet valdè controversum sit, adhuc tamen
usumfructum feudi non acquiri, crediderim, quamvis e-
nim adventitium hoc modo quærat peculium filius fami-
liâs, ejus tamen naturæ censendum id est cujus usufructus
in patrem transire non potest, *arg. 1. F. 8. de success. feud. c.
an. junct. 2. F. 23. in quib. caus. feud. amitt.* Post hæc utri-
usq; & Domini & vasalli consideranda veniunt, tum (1.) qua- 52.
litas, tum (2.) officium. Ex qualitate uterq; est immedi-
atus vel mediatus.

Dominus Immediatus
est, qui rem suam allodiam primùm in feudum concedit, 53.

quæq; ita à **vasallo immediato** accipitur, ut illis
tertia persona non intercedat, cujus immediati domini
respectu Vasallus per excellentiam talis dicitur *Ludolph.
Schrader. Tr. feud. part. 6. c. 6. n. 59.*

Dominus medi- 54.

atus verò est, qui rem jam sibi in feudum concessam, alii
sub infeudat, & **Vasallus mediatus**, qui eodem mo-
do, à

55. do, a vasallo propriè dicto, feudum acquirit. **Officium** Domini vel est considerationis genericæ, & continetur sub regulâ generali extante in *z. F. 6. de form. fidel. c. un. in fin.* & sic habente: Dominus tenetur reddere vices fidei suo in omnibus, unde ibidem concludunt Dd. quod Dominus ad omnia illa, quæ vasallus ipsi exhibere tenetur, vasallo præstanda obstrictus sit, judicatus cum illo ad paria, quod tamen cum grano salis, ac ne vasallus sit nimium delicatus erga dominum feudi, neq; Dominus vasallum nimium gravet, accipiendû monet *Ludolph. Schrader. Tr. feud. d. p. 6. c. 7. n. 14.* Nō enim æquè strictè Dōin9 ac vasallo nec ad eadē, ubi inter vasalli ac Domini obligationem diversitatis ratio dari potest, vel ad ea, ad quæ vasallus ex investitura specialiter tenetur, eodem modo obligatus est Dominus *Matth. de Afflict. decis. Neap. 265.* Vel specificæ, & consistit tum in Jurisdictione, tum in defensione, eaq; vel
57. personæ vel bonorum. **Officium vasalli** iterum duplicem admittit dispectionem, vel enim spectatur ante acquisitionem, eodēq; vasallus obstringitur (1.) ad investituram petendam (2.) juramentum præstandum: vel post acquisitionem, ubi iterum (1.) ad reverentiam tum ipsi Domino, tum ejus familiaribus ac agnatis exhibendam (2.) ad servitia, eaq; vel in corpore vel in bonis præstanda tenetur, quæ omnia in alium commodiorem ac magis proprium locum, sc. ubi de effectibus feudi, deq; jure feudali relato orto disquirendum venit, rejicienda sunt, hæc de primo objecto personâ sc. Domini ac Vasalli libasse, hîc sufficiat.
- 58.

CAPUT QUARTUM.
De
Rebus, quæ in feudum dari
possunt.

Quum

Quum g. hūc usq; viderimus, de
primo juris Feudalis objecto, personis nem-
pe: recto ordine sequitur, ut & de altero ejusdem
juris objecto, de **Rebus** sc. quæ in feuda dari possunt, di-
spiciamus, cum frustraneum foret exquirere, num dare
quis valeat, ubi vel res non extet, vel rei dandæ copia &
potestas penes quem non resideat *arg. l. 1. ff. de hered. vel
act. vendit. l. 54. ff. d. R. J. l. 2. C. de heret. & Manich. c. ne
mode R. J. in 6. c. gratia. q. 1.* Res ergo, latissimæ aliàs
significationis *l. 23. ff. d. v. 5.* hic statuenda videtur omne
illud, quod ad personarum jus non pertinet, & strictiori rei
significatione venit, *arg. l. 1. ff. de stat. hom. §. ult. Inst. d.
J. N. G. & C.* Ac sufficere equidem pro in feudabilium
rerum cognitione, ab initio videri poterat, sicut quoq; ve-
rissimum est, quod Obertus *in 2. F. 1. de feud. cognit. vers.
sciendum* definit, beneficium sive feudum, non nisi in re-
bus soli, solo coherentibus, aut inter immobiles connu-
meratis, consistere posse, attamen cum mox idem Ober-
tus *in 2. F. 3. per quos fiat invest. §. sed etiam res,* restrictivam
subjungat orationē ac dicat rem cujus alienatio prohibe-
tur, nec per beneficium dari concedi non hīc subsisti
poterit, sed altiūs quodammodo repetendæ erunt res
prohibitæ alienationi subjectæ. Postquam verò
eadem ipsum feudale hoc jus non suggerit, adeoq;
ad jus civile commune & Canonicum regredi, ostium
referat, ea propter res, quæ ibidem alienationem refugiunt,
& hoc feudali jure prohibitæ censentur & econtrā *arg.
d. 2. F. 1. de feud. cognit. pr. & n. 10. cap. 2. supr.* Alienatio-
nem autem jure civili & Canonico non recipiunt quædam
res, simpliciter, regulariter & ob perpetuum obstaculum,
quædam verò secundum quid, & præter regularem suam
qualitatem, alienationem aliàs admittentem, communi
censu ad tempus eximuntur. Sub priori prohibitionis spe-
cie continentur **Res divini Juris**, illæ enim, cum Dei
E sint,

1.

2.

3.

4.

5.

- sunt, nullum hominem recognoscunt, vel ullius in bonis sunt, §. 7. *Inst. d. R. D. l. 1. pr. l. 6. §. 2. ff. eod. §. 2. Inst. d. inat. sp. l. 6. §. 1. ff. de contrab. empt. & alienari regulariter nequeunt §. sacra 8. Inst. d. t. d. R. D. auth. sicut C. de SS. Eccles. c. nulli liceat caus. 12. q. 2. in tantum, ut ne cessante quidem cultu divino ad profanos usus converti valeant arg. d. §. 8. vers. locus a. Inst. l. 6. §. 3. ff. d. R. D. junct. c. quod semel. § 2. d. R. 7. in 6. quoquo modo id fiat, alienatione sive propria sive impropria c. nulli liceat, §. extr. de reb. Eccles. nō alienād. adeoq; nec fendi loco cedere possunt. Apprimè tamē notandū hīc est, res divini juris in duplicē abire differentiā, enim verò vel immediatē directō & simpliciter respiciunt cultū divinū, eidē Deoq; solenni dedicatione seu cōsecratione per antistites publicā auctoritate, ritē oblatæ, ut sunt ædes sacrae, cimelia, vasa sacrata, donaria, vestes §. 8. *Inst. d. t. d. R. D. l. sancimus 21. C. d. SS. Eccles. C. Apostolicos Caus. 12. q. 2. Coemeteria arg. c. 1. Caus. 13. q. 1.* Atquē de his cum proximè adducta prohibitio vera sit, nec nisi specialissimis justissimæ necessitatis casibus c. 1. extr. de pignor. relatis in d. c. Apostolicos 13. C. & sacrorum 14. cum seq. c. aurum 70. 71. d. caus. 12. q. 2. §. 8. *Inst. d. t. d. R. D. l. sancimus 21. auth. Presbyteros C. de SS. Eccles. & Nov. 7. c. iisdem 8.* erogari valeant.*
9. Vix ac nec vix quidem, tam justa, si non aliā prohibeatur ratione, emerget, extra prædictos casus, causa, quæ feudum
10. in ejusmodi rebus constituere adeò urgeat. Vel mediatē & per consequentiam cultui sc. divino melius vacando conservandoq; ad usus divinos adhibentur, ac quocunq; justæ acquisitionis titulo Ecclesiis comparantur, destinatae aut peculiariter, ad alimenta sacra obeuntium officia: Quo in numero sunt tituli c. Episcopus 4. ex de præbend. & dign.
11. decimæ & primitiæ, quæ in recognitionem universalis domini, Deo solutæ & ab eodem clericis pro cultu suo concessæ c. tua nobis 26. ex de decim. primit. & oblat. Can. Ecclesias. 1. caus. 13. q. 1. §. 2. & seqq. c. doctos 21. & c. modamine 23. caus. 16. q. 1. cum à secularibus seu Laicis possideri neque-

nequeant *c. causa Carpensis 13. ex d. V. S. c. 1. d. caus. 16. q. 7.*
nec iisdem in feuda concedi poterunt, *l. F. 6. Episc. vel Abbat.*
vel Abbatiss. c. ad hac 15. c. prohibemus ex de decim. primit. &
oblat. Specialiter verò & cum aliud sit (ut loquitur in- 12.
nocent. III.) detentum à Laico ad usum Ecclesiasticum re-
vocare, aliud alienare, quod ab Ecclesia possidetur, rece-
ptum est, ut infeudatio decimarum Laico facta teneat,
si idem aliam subinfeudarit Ecclesiam *c. cum Apostolica 7.*
ex de his quæ sunt à prelat. Aut cæteris communibus Ec- 13.
clesiæ usibus deserviendis assignatæ, quæ, sicuti concurren-
te veritatis causâ, ut suadente Ecclesiæ utilitate, & solenni-
tate formæ, jure canonico (quod hodiè hac in re at-
tenditur *Petr. Gudd. de jur. noviss. lib. 6. cap. 14. n. ult.*)
requisitæ, interveniente, rectè omnino alienantur *d. c. A-*
postolica 7. vers. ne quis Episcop. ex de his quæ sunt à prelat.
& c. sine exceptione 52. Caus. 12. q. 2. Magnificus Dn. Ordi-
nar. in prelect. ad c. 5. tit. extr. de probat. in premit. Ita per 14.
infeudationem quoq; quæ est species alienationis *arg. c.*
nulli 5. ex de reb. Eccles. alien. vel non. l. sancimus ult. c. de
reb. alien. non alien. junct. 2. F. 23. & 2. F. 8. Validè & li-
berè transferri possunt *d. l. F. 6. Episc. vel Abbat.* Et hæc
de prohibitis simpliciter; Secundum quid res secundum 15.
regularem suam naturam alienationem aliàs admitten-
tes, propter accidentale superveniens quoddam prohi-
bentur, utq; obstatulo prohibitivo remoto, alienari re-
ctè, ita & infeudari possunt. *arg. 2. F. 3. §. sed etiam res.*
Descendit verò prohibitio hæc vel ex dispositione legis
vel hominis, sive ista ab hoc mediante actu inter vivos,
sive per ultimam voluntatem suscipiatur, *d. l. sancimus fin.*
C. de reb. alien. Ast undecunq; eadem processerit prohi- 16.
bitio, constringit rerum commercium ita, ut (1.) ea-
rum commercium penes dantem & accipientem qui-
dem sit, alii verò illinc arceantur, atque ejusmodi pro-
hibitio feudi concessionem non remorabitur. Vel (2.) 17.
beneficium facturus gaudeat equidem libertate commer-
ciali, accepturo interim excluso, quo casu, interesse puta-

- verim, an faciat exclusioni locum rei qualitas, ob quam se, ex justa causa commercium denegetur, & non obtinet feudi concessio. An accepturi inhabilitas, eaque descendens vel ex eius vitio morali, & adhuc nullius est momenti infeudatio, vel ex conditionis tenuitate, quam propter prohibeatur ab eiusmodi rei commercio, teneq; feudalis concessio ex voluntate & potestate dantis, eam manifestè intendentis. Aut (3.) pro accepturo militet commercium, daturus autem ab eodem removeatur, ac tùm feudum quidem ita dari haud poterit, ut validè, & pro natura sua irrevocabiliter, consistere possit, dans tamen hæcenus obligabitur, ut de evictione teneatur *2. F. 8. de invest. de re alien. fact.*
18. Vel deniq; (4.) & ultimò rei commercium cæteris omnib; pateat, soli autè ab eodem per Investituram beneficium facere & accipere volentes, exclusionem patiantur, ac hoc modo nihil agi suâ constat luce.
19. Cæterum tùm demum, sicut supra quoquè sub fronte huius capituli tactum est, res commercium admittentes, seu alienari non prohibita rectè infeudabuntur, si eadem **immobiles** fuerint *d. 2. F. 1. de feud. cognit. vers. sciend.*
20. Sunt verò tales vel **naturaliter**, eaq; vel soli, uti vocantur *d. 2. F. 1. vers. sciend. pr. Inst. quib. alien. vel non. l. un. C. de usucap. transform.* ut sunt fundi, area, agri, horti *l. 7. §. 1. ff. d. usufr. l. 5. §. 2. & 3. l. 8. & 9. ff. quib. mod. usufr. amitt.*
21. Vel solo coherentes *d. 2. F. 1. vers. sciend.* ita ut modo pars qs. soli existimentur, quorsum referuntur fructus pendentes *l. 44. ff. d. R. V. l. fin. §. non solum & §. fructus ff. que in fraud. credit.* Vel utiliter saltem separari nequeant, ut sunt granaria *l. 18. ff. de act. empt. ædificia l. quia acervus 10. ff. quod vi aut clam.* & alia; quorsum etiam molendina refero alata seu pneumatica, & navalia.
22. Vel **civiliter** quo in numero sunt (1) res mobiles illæ, quæ immobilibus, quia vel iisdem implicantur seu accedunt *l. 30. §. Labéo ff. d. usucap. l. 3. §. pertinet ff. de vi & vi armat.* vel ad perpetuum illarum usum destinantur, aut ali-
- as

as connumerantur (2.) res incorporales, effectus sui
ratione soli rebus itidem comparata. Ita tamen hæ res 26.
quælibet rectè demùm infeudabuntur, si utilitas perpetua,
per modum feudis habilem, ex re proveniens, connume-
rationi vel æquiparationi locum faciat *Gail. lib. 2. obs.*
pract. obs. 10. Dn. Vultei. d. c. 4. n. 1. & 3. Et tantum, de
hâc priori sciographiæ feudalis parte vel carptim, & extre-
mis labiis, libasse sufficiat, si quædam minùs ad rem dicta
videbuntur, æquo candidi lectoris Judicio me submitto,
& monitus meliora libenter sequor, cum probè ex admo-
nitione Imperatoris Leonis *Nov. 39. pr.* perspectum habe-
am, neminem mortalium ad eam absolutionem venire, ut
non obnoxie aliquando res suas gerat, neq; prudentiæ,
suz fidentem, omnia irreprehensibiliter agere, sincere
Deum, cui, pro hâc concessa facultate, interea & usq; dum
altera in aliud tempus reposita pars, eodem volente ac

dirigente, subjungi poterit, sit Laus, ho-
nor & gloria in
secula.

Qui semel hyblaos rores & mella *Themista*
Divina nostræ gustavit Hymetria labris,
Non exhorrescit, languentis nescius oci,
Herculeos ausus ardenti mente subire.
Sisto *TE* testem, magnâ qui mente volutas,
GOSMANNE, immensi sinuosa volumina juris.
Perge bonis avibus captam pertexere telam!
Ecce Salana caput properat decorare tiarâ,
Et Honor ipse suis manibus *TIBI* fertula neçtit,

E 3

ut

Ut *TE* quadrijugis docto circumvehat orbe,
Quos laudis titulos ego prosequor omine fausto!

*Clarissimo DN. Doctorando
amicus gratulatur*

Erasmus Ungepaar J.U.D.
& Ordinarius.

Clarissimo DN. JOHANNI LAURENTIO GOSMAN/
J. U. Doctorando, de Feudis Disputanti.

HActenus Astræ varios lustrare recessus
Cura fuit, nodosq; enucleare graves.
Hinc Themis alma Tibi confert virtutis honores,
Det quoq; pro merito, feuda per ampla, precor!

Christoph. Philip. Richter / D. Com.
Pal. Caf. Prof. P. Fac. Jur. Senior,
& p. r. Decanus.

Post exantlatos toruo sub Marte labores
Præduros Victor digna trophæa capit:
Sic vigili Themidos eurâ vexilla fecenti
Post crebras operas clara brabeja ferunt.
Ergo & ritè tuis studiis Gosmanne peractis
Accipies merito talia dona tuo.

*In honorem præstantiss. ac Per-Eximii
Dn. Candidati amici sui caris-
simi F.*

Johann. Casp. Unrath D.
P P.

Cui

CUI potius neſtant bene-olentia ſerta Napææ?
GOSMANNE, illuſtris decus immortale Themistæ:
GOSMANNE ingenio, doctrinâ, moribus aurei
eloquio patrem referens, virtute ſecundum,
nulli: ſidereos oculos, ſic ora ferebat,
Vivere, longævâ dignum, dum fata ſinebant.

Scilicet à teneris Muſarum caſtra ſequutum
non te deſidiæ ſiren, non ulla juventa
illecebra ſtudio, generoſum pectus, honeſti
divertit: doctis fuit impalleſcere chartis,
Iuris in Oceano, venerandi codicis altos
ſeceſſus, nec non ſinuofa volumina, nervos
atq; animas legum, momentaq; ſingula noſſe,
Et doctè cum lege loqui, benè legibus uti,
princeps cura tibi. Quin fauſto ſidere promtus
egregium ſpecimen doctrinæ tradere geſtis,
quæ roſos ſapiunt unguis, morientis olivæ
Et redolent flammam, facili dum promis in auras
niſu. Perge ita nec ceſſa decerpere in hortis
Hæſperidum ſapidos fructus. FELICITER intra
per portam auguſtam, ſacram Virtutis ad ædem.
Sic TE fama favens illuſtribus inferet olim
Jurisconſultis, laudes gens ſera loquetur,
æternoq; tuum ſacrabit nomen honori.

Faventiaæ conteſtandæ teſſeram ſingularem
Goſmanno, familiæ ſplendore, & affi-
nium claritate excellenti, ad ſummos
in Jure honores contendenti
mittebat

Guernerus Rolfinck Phil. Med. D.
Pract. & Chim. P. P. Facult. Senior,
Medicus Ducalis Sax, Vin.
Tan-

128
TAndem Juridicam scandens, *GOSMANNE* cat hedram,
Aufers victrici, postea trophæa, manu :
Scilicet hoc Divina *Themis* Tibi spondet, & alti
Vis generosa *Tui* postulat ingenii.

*Affini honoratissimo de honoribus sum-
mis ex animo gratulatur.*

Christoph. Schelhammer D.

OTu, quem calidè *Themis* omnibus ignibus ar-
(det!

ô tu, quàm *Themidi*, nec mihi chare minùs !
Ad celerem malè cocta ignem Tibi carmina mitto,
somnia turbârunt, quæ meditatus eram.
Horribiles vidi mentiri spectra figuras,
quæve minabantur, confraga saxa, necem,
quæve minabantur tristem, cœnâcla, ruinam.
nec reliquas mortes, pingere crena potest.
Horribiles nugas! evasi. in prospera vota
convertam: (vertunt omina sæpè preces.)
Ut feudis irâ mille beet Te filia *Cœli*,
fingere scit *Morpheus* ut mihi mille mala!

*Clarissimo Dno Doctorando
gratulatur*


Johannes Thomæ. D.

F I N I S.

ULB Halle


3


005 132 606



VDA 17







IX FAVSTVM

PHIÆ

DALIS 1649, 8
OR

*ymiam, Definitionem
uris exinde resultantis
arte relatam continens*

*guralis loco
atem suggerente
ritate*

*simi Jctorum ordinis
ue salanâ
DIO*

imi ac Excellentissimi

AMI Scruben

*ratisimi, Consili-
cialis & Scabina-
avissimi
atroni sui eternum*

*di
NTIA
& privilegia Doctoralia
ndi*

*sura exponit
NTIVS Gossman/*

*orum
ntemeridianis*

REYSCHMID II,
DC II.

8
17/

39

